UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri Disertissimi, Opera quæ exstant omnia

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

XIII. Iac. Sadoletvs Cardinalis Gulielmo Bauariæ Duci S.P.D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69244

Visual Library

dique & virtus ſit, & conſtantia tua. Iterum & ſæpius vale. Romæ, XVII. Calend. Auguſti, M. D. X L V.

XIII.

IAC. SADOLETVS CARDINALIS *Gulielmo Bauariæ Duci S. P. D.*

CVm ex literis tuis multiplici ſum ac varia animi lætitia & voluptate affectus, tum quod in extremis illis à te eſt poſitum, grauiſſimisque & ornatiſſimis verbis explicatum, id mihi maximè iucundum, & de tua ſingulari eximiaque virtute etiam admirabile accidit. Sic enim ſcribis, te hanc piam & ſanctam Catholicæ fidei, & Chriſtianæ religionis cauſam, quæ omnium bonorum Principum communis, & quorundam etiam magis propria eſſe deberet: nulla iacturæ & periculorum, quæ plurima iam adiiſti, habita ratione, & amplexatum eſſe adhuc conſtanter ac fortiter, & ad vltimum vſque ſpiritum amplexaturum eſſe. Quibus tuis verbis quam expreſſiorem habere deſideraréue poſſimus Principis optimi & præſtantiſſimi imaginem, non video. Faxit ille ipſe omnipotens Deus, quem tu in literis tuis omni cum fide & pietate inuocas: vt talem animum, dignamque omni ipſius gratia & beneficentia mentem, ea præmia conſequantur, quæ & in cœlo & in terra debeant iudicare maxima. Quanquam cui in hac vita pacatus cum Deo animus, & ſecum ipſe concors, in altera domicilium beatæ immortalitatis eſt propoſitum, is ſemper maximis & veriſſimis præmiis à Deo affectus eſſe videatur. Sed tamen ne hæc quidem quæ in his locis expeti ſolent, tibi defutura confido. In tanta enim rerum omnium confuſione, quantam alia ætas nulla vnquam vidit, aberrantibus ferè cæteris omnibus, & propè mente dimoto, quibus harum rerum gubernandarum & regendarum poteſtas erat data: conſiliaque ſua non ad ſalutem publicam, ſed ad propriam ipſorum (vt illi putant) vtilitatem, vt autem res indicat, & magis etiam quotidie indicatura eſt, perniciem conferentibus, ſtare & eminere vnum, in cuius animum atque virtutem, cùm hæc temporum mala damnaque incurrunt, tanquam fluctus ſaxo, ſic illa eius conſilio ſapientiaque frangantur: non ſolùm his temporibus nouum quodammodo & penè inauditum eſt: ſed apud bonorum iudicia imprimis admirabile. Itaque neceſſe eſt, poſteaquam ſatis fuerint debacchati, qui ex incommodis publicis ſua priuata commoda venari & captare ſoliti ſunt: poſteaquam edormierint ſui erroris crapulam, & nihil inuenerint verarum diuitiarum in manibus ſuis: vt experrecti tandem aliquando & reſipiſcentes, cum ſtupore quodam maximaque admiratione

intu-

intueantur eos, qui in tanta iactatione tempeſtatis publicæ,
tenere portum & voluerunt, & valuerunt. Quorum vtinam
dem magnam copiam haberemus. Sed tua inſignis virtus
conſtantia, Gulielme præſtantiſſime, multorum in eo nobis
cipum vicem præbet. Es enim tu & caſtæ integræque relig
illuſtre exemplum populis Chriſtianis omnibus, & in omni
ſteritate conſequentium temporum, futurus es veræ ſapie
veræque virtutis egregium documentum. Quam cunctoru
te ſummam exiſtimationem, non video poſſe fieri, quin ali
terrena etiam, non modò quæ è cœlo ſint, præmia comit
Hac igitur ego tua laude & Chriſtianæ pietatis ſumma glor
initio epiſtolæ ſcribere fueram orſus) præcipuè ſanè delect
ſum. Cætera quæ ſcribis de tuo animo erga me amico ac be
uolo, deque ea cupiditate, quam præ te fers, factis mihi pro
di qua voluntate in me ſis: ſunt mihi quidem gratiſſima &
cundiſſima omnia: ſed vno (vt mihi videtur) amicitiæ nom
cuncta continentur. Sic enim ego memetipſum donaui dic
que tibi: ſic tu me tua humanitate & beneuolentia es amplex
vt quod iam bonorum virorum, & fidelis amicitiæ proprium
certare officiis inter nos debeamus. In quo ego quæ ad tu
amplitudinem colendam & obſeruandam pertinebunt, om
ſumma cum fide beneuolentiaque præſtabo. Tu ſi me dilex
charumque habueris, maximum hunc me adeptum ex tua am
tia fructum ſemper ſum exiſtimaturus. Vale. Romæ, VI. Idus D
cembris, M.D.XLV.

XIV.

*IAC. SADOLETVS CARDIN. FRAN-
ciſco Fregepani Vngaro, Epiſc. Agrienſi S.P.D.*

ACCEPI tuas literas mihi gratiſſimas: in quibus illud
humanum, quòd mea erga te officia plurimi facere vide
Quaſi verò non ego ita agere debeam: aut ſit quicquam, qu
me tuæ eximiæ virtuti & amori erga me non debeatur. Imò v
quæcunque mihi dabitur tibi commodandi, & rem gratam
ciendi occaſio, ſic ea vtar, vt eodem tempore beneficium me
te accipere ſim arbitraturus. Quid enim eſt, quod potius
mus, quàm vt faueamus bonis, & virorum inſignium virtu
cuiuſmodi tu profectò es, iuſtis honoribus afficiamus? præſe
tanto amicitiæ fundamento inter nos iacto, quod non ſol
beneuolentia mutua, ſed iure etiam hoſpitij ſancitum ſit. N
enim putare me obliuiſci poſſe illius humanitatis, qua tu ad
ctus, Carpentoracte vt me inuiſeres diuertere voluiſti. Quo
dem tempore cepi fructum permagnum è conſpectu & ſerm
nibu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN